Sabbatho post Dominicam Inuocauit Quadragesimalem proximo, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo 1/III 1670

Sawicka Abrenuntiat: 121

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Premysliens. Generosa Theodora Porembska, olim Generosi Joachimi Porębski, cum olim Generosa Christina Troie cka sorte eius legitima procreata filia, Generosi vero Joannis Sa wicki consors legitima, cum eodem marito suo Vti Tutore conju galis personali assistentia, et idoneo ad infrascripta agenda consensu Sana mente et corpore existens, a Terris, Ditibus, Juribus, Jurisdicti onibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliens Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque Subijciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognouit. Quia sibi Recognoscenti de Bonis Paternis et Maternis, se Recognoscentem in Vim dotis et Expediti onis post praedictos Parentes suos debere et legitime concernen per manus Generosi Stanislai Porębski, fratris sui Recognoscentis germani plenarie et totaliter satis factum est, ob quam satis factionem, dotisque et Expeditionis plenariam et sufficientem persolutionem, bonis eisdem paternis et maternis abdicat, abre nuntiat, et perpetuo renuntiat, Itaque praesens personaliter cognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Sawicki Conti Reformat.

7011

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Joannes Sawicki, olim Generosi Stanislai Sawicki, cum Generosa Zophia Borchowska consorte eius legitima procreatus Filius: Sanus mente et corpore existens a terris Juribus, Juribus, Jurisdictionibus quis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesentis vero Castrensis Capitanealis Premysliensis Jurisdictioni, quoad actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit: Quia ipse Generosae Theodorae Porembska, olim Generosi Joachimi Porembski, cum olim Generosa Justina Troiecka consorte eius Legitima procreatae filiae, sui vero Recognoscentis consorti legitimae et eius posteris, Summam Mille florenorum polonicalium ratione vero Dotis et Expeditionis post ipsam acceptam, et in domum suam importatam, necnon aliam similem Summam Mille florenorum polonicalium, ratione certi, veri, iusti, et liquidi Dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et obligatariorum, mobilium et immobilium, summarumque quarumuis pecuniarum necnon auri, argenti, clenodiorum, Unionum, Margaretarum, vestium vestimentorum, Stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, Equorum, Equiream, ac totius supellectilis domesticae nunc habitae, et imposterum habendae, Dedit, Dotauit, dotalitiauit, inscripsit et reformauit, prout dat, Dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus, Per ipsam Generosam Theodoram Porembska sui Recognoscentis consortem legitimam et ipsius posteros, eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum universis ipsius Utilitatibus et Usufructibus Competentijsque et praerogatiua quauis tenendi, habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad Usus suos, et suorum Successorum quosuis

bene? laudos libere et effectualiter convertendi. Vigore ac more aliarum reformationum hactenus editarum in Regno Poloniae observari solitarum.

Sawicki Coniugum mutua Advitalitas 121

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Premislien. Gnosi Joannes Sawicki, olim Gnosi Stanislai Sawicki, cum Gnosa Zophia Borchowska Conte eius legitima procreatus Filius ab Una, et Theodora Dorembska olim Gnosi Joachimi Dorembski, cum olim Gnosa Christina Troiecka Conte eius legitima procreata filia Coniuges legitimi, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iudiciis, Iurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesentique Castren. Capitaneali Premislien. Iurisdictioni, quo ad actum tunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi, et quidem maritus solus per se, Consors vero cum eiusdem mariti sui Uti Tutoris coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu, sibi mutuo et invicem Una pars alteri, omnium quorumuis bonorum suorum Mobilium et immobilium, haereditariorum et obligatoriorum, Summarumque pecuniarum quarumuis necnon auri, argenti, clenodiorum, Unionum Margaretarum, Vestium, Vestimentorum, tum Stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, Equorum, Equitiorum ac totius suppellectilis domesticae, in quacunque forma et materia existen. nunc habent et in post habendi mutuam Advitalitatem, et Usumfructum ad extrema duntaxat Vitae utriusque